



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

§. 5. Quid dicendum de beatificatione sanctorum, An inquam in ea  
Pontifex errare possit, & quousque liceat eorum veneratio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

Ergo in illo errare non posset. Quod si virginis aliud esse affer-  
tum perentibus cœlum proximam esse, & Pontifici promis-  
sum esse affitamentum Spiritus sancti, & aliud afferenti, quod hic  
canonizatus sic vivit; & quod hic & nunc Spiritus sanctus in  
haec canonizatione praestiterit eius affitamentum: sicut aliud  
est credere in hostia rite consecrata eis corpora Christi; & aliud  
credere hanc numerio hostiam esse ritè consecratam. Nam pri-  
mum illud generale suppositum est de fide. Secundum certum  
morale: ut de aliis propositionibus videtur dicendum. Facile,  
inquam, respondetur ad summum probare esse de fide non per  
se primo, sed per se secundum, co quod ex duplii reuelata, vel  
sicut ex una reuelata, & altera evidenter sequatur: quod tamen  
non sequitur in exemplo aliato de hostia: nam etesse hanc hb-  
stantem consecrata, non est certum certitudine evidenti: sed lo-  
rum morali: at quod hic Sanctus in cœlis assistit, postea defini-  
tione de fide est: quia de fide est esse certum quod Ponitex  
obsergandum proponit Ecclesia vniuersitati,

Ad tertium concedo affirmantem posse erat Pontificem in canonizatione Sanctorum, non esse tanquam hereticum absoluere damnandum; quia non afflatus aliquid quod contrarium sit his, que Ecclesia recipit tanquam de fide certa absque vila controvicia Doctorum. Videmus namque Canum, Baenes, & alios in principio relativos sententiae de fide non esse, Ponit enim erat non posse. Ergo Ecclesia non defendit tanquam de fide certum sive vila controvicia. Quocirca ea maiori probabilitate, & certitudine, qua existimamus de fide ess. Ponit enim in canonizatione Sanctorum erat non posse, ea affirmasdam est hereticum ess, qui negaret.

4 Adiutoriam canonizare Sanctos solum summo Pontifici competeat; ut confat ex cap. 1. de relig. & veneratione Sanctorum, & sine illius licentia nemini Episcoporum licet aliquem pro Sancto venerari, & tradit Macfarland. 2.82. n. 50. August. Barbour de poes. Episc. p. 3. alleg. n. 43. Azot I. p. infra. moralib. 5. cap. 6. q. 1. Cenedo ad decret. collat. 52. n. 4. Mat. Anton. Conuenientis in præfixo Archiepisc. Neapol. cap. 5. fine.

§. V.

Quid dicendum de beatificatione Sanctorum , an  
inquit , in ea Pontifex errare possit , & quo-  
vis ue licet eorum veneratio.

- 1 Quid sit beatificatio.
  - 2 Usu modo à canonizatione distinguatur.
  - 3 Temerarium, & scandalum est afferre Pontificem in beatificatione Sanctorum errare posse.
  - 4 Eadem corititudine tenendum est non posse Pontificem errare in beatificatione, ac in canonizatione.
  - 5 Licetne alii ab his (quibus facultas conceditur) Sandrum beatificari venerari. Proponitur opinio Torres.
  - 6 Pro decisione quid sit adiudicandum.
  - 7 Resolutior longe pius, & probabilitus esse ex devotione omnium aquanimiter ilium venerari posse.
  - 8 Satis est argum. num., adductis.

**A**b antiquis scriptoribus nihil de beatificatione actum est; et recentiores tamen aliqui pauca subiungunt.  
Primum premitendum est, quid sit beatificatio. Secundum, quatione à canonizatione distinguuntur. Et primò beatificatio est quedam facultas, & licentia concessa alicui provinciali, vel Ecclesiæ, seu religioni, ut aliquem tanquam Sanctum & in ecclesi existente colat. Sed quia cultore potest multiplicari cultus, feliciter Missa sacrificio, orationibus & processibus, publicis votis, illius invocatione, & imaginis gestatione, Pontifice beatificando illum, simul etiam terminare potest, quo cultu venerandos sit.

<sup>2</sup> Secundo præmitendum est, beatificatione à canonizatione distingui in eo, quod canonizatio est facultas, & licentia concessa non alicui provinciai speciali, sed universaliter Ecclesiæ aliquem, ut Sanctum venerandi, & consequenter eti consilio, & facultatis venerandi Sanctum, ex cultu, & veneratione, quæ solene Sancti canonizati venerari. Aliquis videtur distinguiri beatificatio à canonizatione; quia canonizatio obligat totam Ecclesiam, vt canonizatum venetur; beatificatio vero non obligat totam Ecclesiam; imo neque pro vinciam, pro qua beatificatio concedit, ut beatificatio venerare possit; sed solum eius venerationem permitit. At credo hanc distinctionem subfistere non posse, quia à ratione canonizationis non est obligare totam Ecclesiam, vt canonizatum venetur: nam si ad hoc obligaret, obli garet ad aliquem cultum exhibendum à tota Ecclesia; ac proinde vt tota Ecclesia, vel Missam, vel processus, vel processionem aliquam in eius honorem funderet: quod non sit specialemente de omnibus Sanctis. Ergo solum ex canonizatione conceditur facultas, & licentia canonizatum venerandi; præceptum autem alicuius venerationis non fertur quod exercitum, sed ad summum, quoad speciem hoc est, circa Sanctum illum aliquam actionem exercere debas, ea en-

tus, & veneracionis sit. Quare tam canonizatio, quam beatificatio, est facultas & licentia Sanctum publico ritu, & solemniter venerandi; non tamen videtur esse praeceptum de illius expressa, & quoad exercitium venetatione. His premissis.

3 Alicui videbitur Pontificem in beatificatione Sanctorum errare posse, etiam in canonizatione liber ab errore sit; quia ex hoc errore non sequitur iuris Iudicium Ecclesiae errare, si quidem non proponitur iurisperfici Ecclesie Sanctus ille coledus.

Ceterum dico primum temerarium esse, & scandalolum affir-  
mate in beatificatione Sanctorum Pontificem errare posse;  
quia abesse vlo fundamento, & contra rectam iustifi-  
cationem dicetur. Quapropter existimo neminem Catho-  
licorum in hac parte dissentire, praecipue si beatificatio sic, qualis  
semper esse solet, in qua concedatur, ut Misericordia in  
honorem illius celebretur.

4 Secundò dico eadem certitudine tenendum esse, Pontificem errare non posse in beatificatione Sanctorum, ac in canonizatione. Probo, quia Doctores loquentes de canonizatio-  
ne, & affirmantes Pontificem errare non posse, nihil de beatificatione scriperunt. Ergo signum estab canonizatione vo-  
luisse beatificationem comprehendere. Secundò Pontifex bea-  
tificans Sanctum aliquo Missa sacrificio, hoc est, concedens,  
vt aliquod Missæ sacrificium in illum honorem celebretur, to-  
ti Ecclesiæ venerandus proponit; quia nomine totius Ecclesiæ  
sacrificium offeritur: ipsa quæ tota Ecclesia medio illi ministro,  
& sacrificio ab illo oblatio Sanctum illum veneratur: id in his,  
qua pertinent ad cultum vniuersitatis Ecclesiæ errare non potest  
Pontifex. Ergo, Ex his patet solutio rationis dubitacionis.  
Nemamus enim non sequi vniuersitatem Ecclesiæ errare, si eret  
Pontifex in beatificatione. Nam licet à Pontifice non propo-  
natur venerandus per vniuersitatem Ecclesia ministros; & propo-  
natur tamen venerandus ab vniuersitate Ecclesia per speciales ali-  
quos ministros; & hoc sufficit, vt Ecclesia ipsa erate dicatur.

5. Maior autem difficultas est, an licet alia, ab his, quibus  
facultas concedit, venerari Sanctum beatissimum, rite in  
beatificatione praescripto, v.g. concedit religiosis Societatis  
I.E.S.V. venerari sanctum illum Ludovicum Gonzaga, vel beatissimum  
franciscum Borgia, sacrificio Missae, & horis canonicas,  
die quo e vita dicitur, poterunt ne clericis facultates processio-  
nem sollemnam, & sacrificium in eius honorem effere, siue in  
sua Ecclesia, siue in nostris, siue ipso die, quo e vita dicitur,  
siue alio?

Ludouicus Torres 2.2. *disput.* 17, *lab. 8. artig. 9.* namque  
ationem, & omnis scripturæ locutus est: negat namque haec  
omni licet. Probatque potest primo, quia nemini licet  
ab ipso autoritate Sedis Apolitica omnium honore publico  
venerari cap. 1. de relig. & venerat. Sancti, sed Apolitica se-  
dum solum religiosi Societatis Iesu hos Santos venerari  
concessit. Ergo nemini alteri habebit illos venerari.

Dices, ex concepcione facta religione Societatis Iesu, nullata est prohibicio omnis facta in supradicto cap. 1, siquidem hoc solum p. obicitur venerari aliquem abfque autoritate Sedis Apostolicae; et in hunc veneracionem iam authoritas Apostolica intercedit. Ergo licet omnibus venerari sed contra, quia authoritas Apostolica earent, intercedit, quacunq; li-  
centiam, & facultatem concedit Missa sacrificium celebran-  
ti; sed non concedit omnibus Sacerdotibus, sed solum So-  
cieratis I & v religiosis. Ergo solum pro religiosis Societatis  
Iesu, & non pro aliis authoritas Apostolica intercedit. Er-  
go simili ipi, & non alij poterunt illos Sanctos venerari.  
Secundum si omnibus licitum esset Missa sacrificium celebrare,  
ut quid Pontificis concepcionem limitat pro aliqua speciali  
provinci, & specialibus personis? Tertio, hac concessio facta  
religiosis celebrando Sanctum beatificatum sui ordinis, est  
quædam permisso, seu priuilegium detegans viuenteral pro-  
hibitionem facta in cap. 1, de relig. & reverent. Sanctorum,  
ne aliquem veneremur abfque authoritate Sedis Apostolicae.  
Ergo manet integra prohibicio comparatione illorum, qui bus  
priuilegium non esse concilium. Quarto sequitur nullam esse  
differentiam inter Sanctum canonizatum, & beatificatum hoe-  
modo; nam si de Sancto beatificato omnes possint ex deu-  
tione Missam, & officium recitare, nihil aliud de Sancto ca-  
nonizato possunt. Ergo nulla est differentia.

6 Vt autem huic dubitationi respondam, primitio sicut  
esse Missem propriam, & officium proprium, aiecius Sancti  
recitat, aliud Missem votivam, & officium votivum. De D.  
Pietro, & Paulo, Augustino, Domitio, & Francile dictum  
Missem propriam, & officium proprium non omnibus diebus an-  
ni, sed uno diamat, extra quem nemo potest atenatus regulis  
Misalis, & Breviarii reformati a Pio V, Gregor XIII, & Clem.  
VIII. Missem & officium proprium illorum celebrare. Item  
de pluribus Sanctis canonizatis nemini concessum est Missem  
propriam, & officium proprium dicere: & de aliquibus solum  
concessum est alii prouinciae, vel singularibus personis. Ve-  
rum hie limita a concessio non obstat, quoniam Missem votiva  
& officium votivum quilibet illis exhibere posuit. Quia  
eo ipso, quod Sedes Apostolica illos in Sanctorum numerorum  
retulit, & dignos iudicauit, vt in ipsis gloriam facticiem  
officeretur.

offerentur nomine totius Ecclesiae; consequenter iudicauerit posse quemlibet fidelem, si velit, similem eis, ex deuotione honorum praefare. Hoc posito.

Dicendum est longè plus, & probabilius esse, posse quemlibet sacerdotem Missam votivam, & officium votivum recitat in honorem illius beatificati, pro quo Sedes Apostolica concessit aliqui speciali religione, vel proximè Missam, & officium proprium aliquo die celebrare. Probo quia una Misla in uno loco eiusdem valoris est, & estimationis: ac plures Missae pluribus in locis factae. Ergo Sedes Apostolica concessio, ut in honorem alicuius Missa aliqui dicatur, simili declarari dignum est, in cuius honorem omnes dici possunt. Sed hæ declaratione facta tollitur prohibito tñlata in cap. I. de relig. & venerat. Sæntorum, in qua caeteri neminem eis venerantur sine auctoritate Romanae Sedis. Nam cùm hunc Sæntum ex tua deuotione veneraris, auctoritate Sedis Romanae facs, quæ iudicatur dignum esse illa veneratione. Neque ostendit si dicas verum esse Romanam Ecclesiam concedentem, ut in honorem alicuius Missa celebretur, simili declarare dignum est, ut ab omnibus Sacerdotibus illo culto possit venerari: at inde non inferi, posse omnes Sacerdotibus illum venerari, non quia beatificatus dignus non sit; sed quia ipsi imputantur. Non inquam, obstat quia nemini publicum religiosum cultum ex deuotione alicui exhibendum impeditur, sed quia ei, cui est exhibendus, non iudicatur à Sede Apostolica dignus illo: quod constat manifeste ex his, quæ dicit Alexander III. in cap. I. de relig. & veneratione Sæntorum, vbi occasio aliquotum, qui hominem quedam in potatione, & cœnitæ occasio venerabatur tanquam Sanctum, subiungit: illum ergo non presumatis de cetero colere, cum usum per eum miracula fieverint, non licet vobis ipsum pro sancto absque auctoritate Romana Ecclesie venerari. Ergo solum ad venerationem exhibendam requirit Alexander, ut prius Romanam Ecclesiam pro Sancto veneretur, sed eo ipso, quod i concedit Romanam Ecclesiam Missam in honorem ipsius celebrare, illum pro Sancto veneratur; siquidem exhibet illi supremum cultum, quem exhibere potest. Ergo hac concessio facta quilibet potest eodem cultu Sanctum pro deuotione venerari.

Et confirmo exemplo cuiuslibet Sancti canonizati; in cuius honorem omnes concurvunt posse vñbiliter, & quilibet die quemlibet Sacerdotem Missam dicere, non quidem propriam; quia fortè pro vno die illi est aliquata, sed votivam, iuxta regulas Missæ votivæ, eo quod à Sede Apostolica iudicatur est dignus, et si honor exhibetur, sed etiam in Sancto beatificatus iudicium fecit, cum Missam in ipsius honorem dicere aliquibus personis permisit. Ergo:

Ex his inferius posse quemlibet eius imaginem adorare, & adorandum in altare constitutæ, & publicis processionalibus circumferte; hi enim cultus longè inferiores sunt Missa, & officio. Si ergo Pontifex cum dignum iudicauit cultu, qui per Missam, & officium canonicum exhibetur, à fortiori dignus iudicatur etiæ omib[us] aliis.

3. Argumenta in contrarium nullas sunt ponderis.

Ad primum respondet ut ibi. Ad probationem dico auctoritatem Sedis Apostolicae religiosis concede Missam, & officium dignum in honorem illius Sancti, dupliciter intercedere potest. Primo approbando Sanctum, ut dignum in eius honorum Missa, & officium ab omnibus celebretur. Secundò concedendo facultatem aliquibus tantum Missam, & officium proprium dicendi. Hoc secundo modo admitto pro aliquibus tantum personis auctoritatem Apostolicae intercedere, legit etiam oīci reperi in Sancto canonizato. At primo modo in pede totius Ecclesie vñiversalis, auctoritas Apostolica intercessit ut rationem in conclusione allatam.

Ad secundum respondere digerunt eis dicere Missam & officium diuinum proprium, ac dicere ex deuotione; dicere enim proprium, specialis solemnitas, & favor est factus ab Apostolica Sede: sicut etiam specialis favor factus religione septem Francisci, & singularis honoris D. daci; cum in ipsius honorum ab omnibus Ecclesiæ Sacerdotibus Missa propria ex eius die felicissimi obitus dicebarat: et non ex eo quod in passione nemini alieni à religione D. Francisci licet Missam proprium dicere, prohibiti sunt, qui voluntarii dicere votivam.

Ad tertium concessionem illam, & eis priuilegium, & ceterum conditionem, sub qua lex læta in cap. I. de relig. & vñt. Santi obligari. Et enim remoto illius conditionis, quantum est approbatum dignitatis, & meriti Sancti beatificati. Nam cùm ille lex prohibeat venerationem publicam sancti, qui à Romanam Ecclesiam probatus non fuerit, approbatione Pontificis removetur conditio, regula ad prohibendum. Est item illa concessio priuilegium quatenus est concessio, & facultas Missam propriam, & officium proprium dicendi. Ex quo sit probationem factam in d. cap. I. cessare in veneratione Sancti beatificati, quia estat negatio approbacionis Pontificis sub ea obligari.

Ad quartum dico esse diu Islam rationem inter Sanctum canonizatum, & beatificatum: nam licet de pluribus Sanctis canonizatis non possit Missa propria, & officium proprium

dici, eo quod non sint relati in Missali, & Breviario. Et in hæ parte nulla videtur specialis differentia inter canonizatum, & beatificatum: at de Sancto canonizato dici posset, præcipi sicut quoad speciem illum credere in celis existere, & dignum esse in eius honorum Missa, & officium celebretur: de Sancto tamen beatificato id solum permittit. Quapropter concluso polse Ecclesiæ Cathedrales. Episcopos cum suis Clericis subiunctos Santos beatificatos honorare Missa Pontificia, & officio votivo, processioneque solemni, cui opinioni subscrivimus. Salmantice anno Domini 1625, cum hic casus consultus fuit, Doctor Balboa in Ecclesia Salmanticensi d'Ortiz, & in universitate primam cathedrali canonum regens. D. Alvarus de Oca, & Samenio vespertina cathedrali & nonnum moderator, D. Martinus de Bonilla deleti cathedrali regens, D. Petrus de Vaga, primarius legum professor. Ex Auguñiana familia subscrivimus. M. Bañilus de Leon, M. Bernadinos Rodriq. M. Francis. Dominguez in universitate professor: & etiam ex familia D. Bernardi subscrivimus M. Angel. Manrique, M. Alphons. Perez, M. Ludovic. Bernard. Ex familia D. Benedicti subscrivimus M. Fr. Didac. de Salazar, M. Benedictus de la Serna. Ex D. Francisco, Fr. Petrus Ladon de Guenara, Fr. Laurentius de Villalate, Fr. Sebastianus Fajardo. Ex familia virginis de la Merced. subscrivimus M. Gaspar de los Reyes. Ex nostra Societas subscrivimus PP. Ioannes de Mottemayor, Franciscus de Prado, Petrus Pimentel, Ludovic. Roa, Ioan. Martinez, & ego minimus, aderam enim iuncte Salmantice.

## §. VI.

Quid dicendum de religionum approbatione, an inquam, Pontifex errare possit.

1. Nequam Pontifex approbare potest religionem aliquam consuetaneam esse Euangelio, qua ita non sit.
2. Negre secundum leges prudentia errare potest Pontifex in religionum approbatione, qui affirmavit.
3. Contrarium qui defendant, & quomodo probent.
4. Numquam est presumendum Pontificem in hac materia minus cauus, & prudenter procedere.

1. Vm Pontifex religionem aliquam approbat, approbat vitæ aliquod institutum sub voto paupertatis, castitatis, & obedientie, tanquam apertissima, & Euangelio nimis conforme ad salutem consequendam: hoc autem institutum & continet sicutem aliquem ad diuinam gloriam & salutem æternam pertinentem, & insuper media aliqua, quibus hic finis obtinetur potest. Dicendum ergo existimo de fide esse, non potest Pontifex in approbatione huius finis, & mediotum, que sibi proponuntur, errare: ita ut approbet tanquam consequentiam euangelicae perfectionis, quod vere consequentiam non sit. sic docet Valent. 2.2. d[icit] p[ro]p[ter]e 1.9. 1.9. 5.8. 4.1. col. 220. & colligit ex Constantini ssf. 8. vbi damnatur ultimo loco error Vyclephi, aferens impudentissime omnes religiones indiferentes esse introductas à diabolo: cui errori non leue pat[er] o[ste]nsum est, si Pontifex potest aliquam religionem contrariam euangelicae perfectioni approbare ut convenientem: talis enim approbatio à diabolo est, non à Christo, & eius vicario. Probatio autem breuiter supradictam conclusionem eff[icit] fidei; quia de fide est Pontificem, quatenus talis est, errare non posse, in his, quæ ad fidem, & mores pertinent vñiversalis Ecclesiæ; non enim vñiversalis Ecclesiæ docete potest aliquid falsum: alias non est in Ecclesia promulgus spiritus veritatis; sed si Pontifex approbas aliquod institutum religiosum tanquam Euangelicae perfectionis conueniens approbat, quod re vera convenientem non est, sed potius contrarium, errore penitiole Ecclesiæ obtruderet. Ergo id fieri nullatenus potest.

2. Quare inter Catholicos solum esse potest difficultas, an secundum leges prudentia errare possit Pontifex approbando aliquam religionem, cuius intentus licet malum non sit, neque contrarium perfectioni euangelicæ; est tamen minus convenientis Ecclesiæ, vel quia minus durum, vel laxum sit; vel quia ex illo sequitur confusio aliqua in Ecclesiæ, & feror[is] (piritalis) in aliis religionibus dominatio.

In qua re Valent. d[icit] p[ro]p[ter]e 1.9. 1.9. 7.5. 4.1. col. 221. ver[bi] quo[rum] verb[um] arinet, affirmat nequam in hac parte Pontificem errare posse. Moutur effaci sat ratione: si enim Pontifex admittit religionem quam prædictis omnibus circumstantiis debet restringere, Ecclesiæ obligat ad rem aliquam, quæ non in Ecclesiæ adiunctionem, sed potius destructionem cedit: siquidem obligat Ecclesiæ, ut religionem illam restringat, sed potius accipiat & religiosos illius fecundum habet & permitat: quæ religio, ut supponitur, spectat omnibus circumstantiis minus fini convenientis est, quam efficiat carens illa; id Pon[er]t[er]ea non est potest obligandi Ecclesiæ in his, quæ illi nocient. Ergo non potest obligandi Ecclesiæ in his, quæ illi nocient. Etiam si non potest Pontifex approbar religiosum Ecclesiæ vñiversalis nocientem, ex quacunque parte noctumentum proueniat;

R. 4 3. Contiu